UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S Osvvaldus Rex. S. Afra M. S. Cassianus Eps 5. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

1. S. Oſvvaldus Rex Chriſtiani nominis ſtudioſiſſimus, quando cum hoſte incredulo parua manu conflicturus erat S. Crucis ſignum erigens & cum ſuis adorans, diuinitus vicit hoſtem; imo ſe ipſum, cum è menſa ſua dapes ad pauperes miſit tam liberali manu vt ea deinde anno toto, ab hoſte ſuſpenſa in aere, non computruerit.

2. S. Afra Auguſtæ vindelicorum primo probrum, deinde, S. Narciſſo Epo apud eam hoſpitante & orante, decus magnum, vitam veterem caſtitate mirifice emendauit, adeo vt ignibus noſtratibus exuri quam ad priora inſtituta redire maluerit.

3. S. Caſſianus Auguſtodunenſis in Gallia Eps. vir inter ſuæ ætatis homines laudatus, apud poſteros etiam memoriam claram obtinuit.

S Oſvvaldus Rex. S. Afra M. S. Caſſia-
nus Eps 5. Aug.

Fiducia in Deum.

Dominus neſcit differre, quem compuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare. Caſſiodorus.

Exaudi quæſumus Dne. preces noſtras quas in B. Oſvvaldi Conf. (S. Afræ Mart. S. Caſſiani Epi) ſolemnitate deferimus, & qui tibi digne meruit famulari ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis per D N. I. Chr

Ora pro hac vrbe &